

quoddam pratum, quod dicitur in den Medern⁵, et X. iugera agrorum cum quodam prato eis contiguo, que nobis proprietatis iure pertinebant, liberaliter cum omni iure proprietatis et advocacie perpetuo contulimus possidenda, consensum et plenam donacionem uxoris mee Ite necnon Anne filie mee in tali translacione promoventes. Statuimus etiam, ut nos supradictis agris et pratis eo iure, quod vulgariter dicitur lipgedingide, pro tempore mee persone solius perfruamur, excepta solucione X. solidorum usualis monete, qui sepedicto monasterio de predicto prato in den Medern pro censu annali cedere videntur pleno iure, suprascripta etiam predia in certis redivibus annuatim unam marcam puri argenti^{a)} debent continere, omni iuri canonico et civili, quod si nobis contra predictas donaciones competere viderentur, penitus renunciantes. Ut autem presentibus fides perpetua adhibeatur et robur obtineant firmitatis, presentem paginam sigillo reverendi in Christo abbatis de Domo Petri ap(ud) muros Constancienses⁶ necnon sigillis nepotum nostrorum R. dicti Behain⁷ et Vl. dicti Tumben militum de Niwenburc⁸ et nostri roboratam sepedicto monasterio in testimonium duximus conferendam. Acta sunt hec anno domini M^o.CC^o.L^o.VI. indiccionis XIII, proxima feria secunda post dominicam passionis, presentibus hiis Eberh. archidiacono Curiensis ecclesie⁹ decano in Sigauis¹⁰, Andrea et H. vicariis de Ranquile, R. Behain, Vl. Tumben militibus de Niwenburc, C. cellerario et magistro H. notario de Cruzilinge, R. Vogillin, C. Bæchiler, C. de Egoldtsh(ouen)¹¹ et aliis quam pluribus. In domino feliciter amen.

^{a)}Es folgt durch untergesetzte Punkte getilgt et III^{or} sol.

5. *Neuburg, 14. Juni 1262*
Der Churer Archidiakon im Walgau fällt einen Schiedsspruch im Streit wegen Schädigungen an Klosterbesitz in Rankweil, Brederis und Kommingen zwischen dem Kloster Kreuzlingen und Marquard von Schellenberg, welchem Vogtrechte über diese Güter zustehen.

Or. (A¹) StaatsA Thurgau Frauenfeld, 7'32'72. – Pg. 22 / 16 cm. – 4 Siegel. 1. u. 2. fehlen; 3. Ø 4,5 cm, ...VLRICI...(ISI.DE.NWEBVR)...; 4. oval. 4,5 / 2,8 cm, ...DECANIECCE.CVRIENSIS. – Rückvermerk (14. Jh.): Compositio^o inter monasterium nostrum et Marquardum de Shellenberg; (15. Jh.): Rankwil.

4. ⁵Mäder, Vorarlberg. – ⁶Benediktinerkloster Petershausen, Stadt Konstanz. – ⁷Rudolf I. Beheim v. Neuburg (Gem. Koblach, Vorarlberg), 1243–1262. – ⁸Ulrich II. Tumb v. Neuburg. – ⁹Eberhard Tumb v. Neuburg, 1256–1262 Archidiakon im Walgau, wohl der 1273–?1297 bezugte Churer Domherr, vgl. HS I / 1, S. 576. – ¹⁰Göfis, Vorarlberg. – ¹¹Egelshofen, alter Name für Kreuzlingen.

Or. (A²) ebd. – Pg. 28 / 15 cm. – 3 Siegel, 1. oval 5,5 / 3,5 cm, stark besch., +S...RDI... STICL.CVRIEN; 2. Fragm., ... ENSIS; 3. wie 3. in A¹. – Rückvermerk (14. Jh.): Rankwil; (15. Jh.): de advocacia contra militem de Schellenberg. Zank.

Druck: ZGO 15, 1863, S. 411. – Büchel, Reg. Schellenberg, 16. – Thurg. UB III, 452.

Regest: Bündner UB II, 961. – Chart. Sang. III, 1685.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis seu auditoris^{b)} magister Eberhardus dictus Tumb canonice ecclesie Curie Curie^{c)} et archidiaconus | vallis Trusiane^e eterne vite premia possidere. | Quoniam ex oblivione nascitur ignorancia, ex ignorancia geste rei immutatio, ideo decrevit patrum | provida^{e)} antiquitas scripture memorie commendare, que voluit usque ad posteros perve|nire. Noverint igitur presentes et posterii, quod cum reverendi in Christo .. abbas | et conventus monasterii de Crucelign² Marquardum militem dictum de Schellinberc³ coram viro discreto .. preposito | de Itig(in)^{d)} iudice sedis apostolice delegato traxissent in causam pro eo, quod ipsos in possessionibus suis Ranquile^{e)}, Braderis⁶ et in Chumbi(n)g(in)^{f)}, quorum advocacias sibi asserit pertinere, ad taxationem XXXVI. marcarum argenti contra iusticiam spoliavit, nos causa diucius durante et predicto milite in sua malicia perseverante dicto monasterio de tantis dampnis compacientes partes nostras compositionis causa duximus interponendas, provida deliberatione prehabita sanoque ducti consilio de consensu parcium sic duximus ordinandum et firmiter observandum, ut prelibati .. abbas et conventus nomine sui monasterii de possessionibus suis in Ranquile et in Brederis tam^{g)} de terris quam etiam hominibus ibidem vel alibi residentibus^{h)} V. modios tritici^{h)} mensure de Veltkilche⁸ prelibato militi pro stipendio advocacie et de possessionibus Chumbign tres solidos denariorum monete usualis, in quibus nullum iusⁱ⁾ preter advocacias^{k)} dictus miles se recongnoscit habere, a proximo festo beati Martini singulis annis ad spacium quinque^{l)} annorum persolvant, contradictione qualibet in hac solutione penitus cessante, nisi eedem possessiones in cursu hostili usque adeo fuerint destructe, quod summa frumenti preconcepta non possit haberi ab eisdem, adicientes, ut sepedictus miles de possessionibus seu hominibus^{m)} ecclesie predictae pertinentibus nullas sturas seu alias exactiones exigatⁿ⁾ aut aliquatenus requirat, sed stipendio in presentibus preconcepto existat contentus. Pro dampnis quoque illatis, quorum summa

5. ¹Eberhard Tumb v. Neuburg, vgl. Nr. 4, Anm. 9. – ²Augustinerchorherrenstift Kreuzlingen, Gem. u. Bez. TG. – ³Marquard I. v. Schellenberg, vgl. Nr. 4, Anm. 1. – ⁴Augustinerpropstei Itingen, Gem. Warth-Weiningen, Bez. Frauenfeld TG. – ⁵Rankweil, Vorarlberg. – ⁶Brederis, Gem. Meiningen, Vorarlberg. – ⁷Kommingen, Gem. Götzis, Vorarlberg. – ⁸Feldkirch, Vorarlberg.

in presentibus est preconcepta, sepefatus miles de possessionibus sibi iure proprietatis^{o)} pertinentibus monasterio antedicto tantum tenetur erogare, ut ab eisdem singulis annis libram denariorum monete usualis large perfuantur, ipsas etiam possessiones predictus miles pro tempore vite sue retineat et ab eisdem tres solidos denariorum annis singulis^{p)} in festo beati Galli pro censu persolvat monasterio antedicto, post obitum ipsius tales possessiones monasterio predicto remanebunt a suis heredibus absolute. Verum quia advocatorum maliciis animadversione sollicita est^{q)} obvian- dum, ad instanciam predictorum .. abbatis et conventus promiserunt^{r)} discreti viri videlicet Rudolfus dictus Beheim, R. filius suus milites⁹, Swigerus^{s)} dictus Tumb¹⁰ et Marquardus de Monte Forti filius quondam Philippi¹¹ militis, quod si^{t)} sepe dictus miles de Schellinberc contra ordinationem in presentibus conceptam aliqua venerit temeritate, ita quidem quod ipsos^{u)} ad summam dimidie marce spoliaverit nec infra spacium duorum mensium, cum a dicto .. abbate vel conventu fuerit^{v)} ammonitus, non satisfecerit pro eadem dimidia marca vel pluribus, si fuerint dampnificati, extunc^{w)} obsides se consignare^{x)} tenentur apud Rinegge¹² sub religione^{y)} iuramenti abinde non recessuri sine plena et condigna solutione. Ut igitur predicta robor firmitatis obtineant, presens^{z)} scriptum^{aa)} sigillis presentibus^{ab)} fecimus communiri. Dat. Nuwinburc anno domini M^o.C^o.C^o.LXII^o. XVIII. kl. iulii, indictione quinta. Nos Rudolfus senior et Rudolfus iunior dicti Beheim^{ac)}, quia sigillum proprium non habuimus, sigillo decani Curiensis in presentibus contenti sumus.

^{a)}composicio mit Kürzungszeichen. – ^{b)}seu auditoris fehlt in A². – ^{c)}provida patrum A². – ^{d)}Itig mit Kürzungsstrich A¹, Itigin A². – ^{e)}Rankwile A². – ^{f)}Chumbig mit Kürzungsstrich A¹, A². – ^{g)}tam – residentibus fehlt in A². – ^{h)}farris A². – ⁱ⁾ius über der Zeile nachgetragen A¹. – ^{j)}advocias A¹. – ^{k)}V. A². – ^{l)}seu hominibus fehlt in A². – ^{m)}exhigat A². – ⁿ⁾iure proprietatis sibi A². – ^{o)}singulis annis tres solidos denariorum A². – ^{p)}est über der Zeile nachgetragen A¹. – ^{q)}In A² folgt prestito iuramento. – ^{r)}Swiggerus A². – ^{s)}si steht in A² nach Schellinberc. – ^{t)}In A² folgt in suis possessionibus aut hominibus ubicumque residentibus. – ^{u)}fuerit fehlt in A². – ^{v)}In A² folgt tamquam veri. – ^{w)}recipere A². – ^{x)}In A² folgt prestiti. – ^{y)}A², pesens A¹. – ^{aa)}A², scripctum A¹. – ^{ab)}In A² folgt videlicet fideiussorum antedictorum. – ^{ac)}Boeim A².

5. ⁹Rudolf I. (1243–1262) u. Rudolf II. (1262–1294) Beheim v. Neuburg (Gem. Koblach, Vorarlberg). – ¹⁰Swigger II. Tumb v. Neuburg, 1256–1286. – ¹¹Philipp u. Marquard v. Montfort, aus der Dienstmännernfamilie. – ¹²Rheineck, Bez. Unterrheinthal SG.